ORATIO 3a:
Demonstratiua

Musica Instrmenta non eſſe inducenda in Cœnobium et chorum S.P.N. Galli.

XXXII.

Cautos profectò prudentésq, priusquam statuamus aliquid, non
immerito tot Sanctorum patrum monita, scripturarum uoces, tot
sapientum dicta, nos hortantur, finemq semper respicere, proſpice,
reg docent, uidemus quippe fabros cæmentarios, dum rectam ligni
planitiem experiri volunt, non tam principium quam exitum
permeare oculis et examinare, quæ namq quàm multiplicia,
ex rerum omnium vsu pericula, insidiæ, metus, dolores, infamia,
bonorum iacturæ, nobis accidere poſſunt! nihil iam sub Cœlo con,
stitutum est, tam vtile de quo non et grauiſſima sæpe dam,
na oriri videamus, tam pulchrum, honestumq nihil, quod non
cum turpitudine aliqua coniunctum, aut tam gloriosum, quod
non comitem quoq decdecus atq contemptum habeat. ipsa in,
strumenta musica, de quibus dicturi sumus, quàm diuersos hab,
ent effectus? nemo est qui ignoret, multorum animos dulciſſi,
dium harmonia ueluti blando quodam hamo captos ad ard,
entiſſimam pietatem, lachrimas ~~[illegible]~~ uerè pias, rerumq Cœlestium
contemplationem, rapi, attrahi, atq teneri, sed nulli ~~[illegible]~~
quoq dubium eſſe potest, non paucos imò plurimos eſſe,
qui cum hac suauitate audiendiq illecebra demulcentur, ad
uanitatem, ac quandam ueluti lesiuiam, excitentur, ad di,
uersas animi euagationes ~~[illegible]~~ ut alia innumera taceam,

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20284r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20284r)